

171. Litterae procurationis

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

171. Litterae procurationis

1554-10-30

(c. 195v) Reverendissimo et dilettissimo in Christo Iesu domino episcopo Cotroniensi patri magistro Petro Paulo Caporelle de Potentia, frater Iulius Magnanus dottor theologicus ac totius ordinis Minorum conventualium magister generalis et servus, salutem et pacem ad vos eternas.

1

2

Quoniam hic noster conventus Santi Francisci // (c. 196r) civitatis Potentie quesdam habet indecisas differentias occasione quorundam bonorum temporalium cum presbiteris sacratissime cathedralis ecclesie, cum ecclesia Santi Luce, nec non cum illustrissimo domino comite huius civitatis Potentie nobisque et ordinario provinciali absentibus ob ea que alio nos atque illum vocant urgentia negotia, oportunum duximus reverendissime determinationi tue, cuius humanitatem et probitatem benignitatemque probe novimus, vices omnino suas committere et demandare super prefatas differentias, quo sine exceptione et detrimento partium, differentie ipse componere caritative et pacifice decidentur, quare presentium tenore nostram omnem tibi tradimus, concedimus et ferimus potestatem et authoritatem ea omnia

Pietro Paolo Caporella di Potenza, frate minore conventuale, *professor Theologiae*, fu vescovo di Crotone dal 1552 al 1557 (Eubel, *Hierarchia catholica*, III, p. 180 e nota 5).

Giulio Magnani da Piacenza, minore conventuale, *professor Theologiae*, fu provinciale, procuratore e vicario apostolico, quindi generale del suo ordine; prese parte al Concilio di Trento; dal 1560 al 1566 fu vescovo di Calvi. Morì dopo il 1572 (Eubel, *Hierarchia catholica*, III, p. 148 e nota 12).

in dittis causis et differentiis movendi, dicendi et agendi que si nos presentes essemus de iure movere, dicere et agere deberemus ad procurandum ultimam dittarum differentiarum decisionem, compositionem et diffinitivam terminationem, ita sane ut valeas et possis, m(od)o et conventus seu religionis nomine cum partibus adversantibus convenire, decidere et cuiusvis litigii et differentie occasionem tollere et honesta quadam diffinitiva sententia universum negotium perficere quippe quicquid per reverendissimam dominationema tuam in conventum et religionis beneficium decum et diffinitum fuerit iam nunc pro tunc nostra ratum et perpetuo firmum facimus et declaramus autoritate in quorum omnium fidem et testimonium etc.

Potentie die penultimo octobris 1554, frater Iulius Magnanus Placentinus generalis concedit manu propria.

Reggeva la contea di Potenza, in questo periodo, Carlo de Guevara (si veda doc. n. 167)